ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: HRABANUS MAURUS. TURGOTUS DUNELMENSIS. PS. ORIGENES. HERIGERUS LOBIENSIS. RATRAMNUS CORBIENSIS. IOHANNES CASSIANUS

12. Jh. Seite 46r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36524
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

honestos homines. et non etiam locupletes. honorabilis. et glo
riosus habeatur. VII.

Quam obrem iniuria hodie stetit in potestate. utrum sub euan
gelii gratia. an sub legis uetimur terrore consistere. Cuilibet enim
parti pro qualitate actus sui. unusquisque necesse est aggregari.
nam aut supergredientes legem suscepti xpi gratia. aut certe in fe
riores uelut debitores suos sibique obnoxios lex retentat.
Reus namque legalium preceptorum nequaquam euangelica per fectione
ualebit attingere. quam uis xpianum se et dni gratia uberatum
inanium gloriet. Non solum enim hic credendus est adhuc esse
sub lege. qui ea que lex precipit detractat implere. sed etiam
ille qui ea tantum que lex iubet obseruare contentus est.
ac nequaquam uocationem. et gratiae xpi condignos exhibet
fructus. ubi non dicit. decimas tuas et primitias offerens
dno deo tuo. sed uade uende omnia que habes. et da
pauperib. et habebis thesaurum in celo. et ueni sequere
me. Vbi ob perfectionis magnificentiam discipulo postu
lanti. ne breuissimum quidem hore spacium ppatris con
cedit sepultura. et humane carnatis officium. diuini amoris
uirtute peruertit. VIII.

Quibus auditis beatus theonas. uiscerinquibus desiderio
euangelice perfectionis accensus. semen uerbi fecundo corde
conceptum. quasi profundis atque edomitis condidit sulcis.
in eo maxime humiliatus atque conpunctus. quod eum senex
non solum euangelicam perfectionem non attigisse diuisset. sed
etiam uix legis ipsius adimplesse mandata. Siquidem cum deci
mas frugum suarum solitus esset diaconie annis singulis pen
dere. primitiarum rationem neaudisse quidem se aliquando.
quam tamen etiam si similiter implesset. longe nihil hominus secun
dum senis sententiam. se ab euuangelica perfectione simpliciter fate
batur. Domum itaque reuertitur mestus. illaque affectus tristicia
que penitentiam ad salutem stabile operatur. ac de sua iam